

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Henr. Ioh. Nepom. Crantz S.C.A. Maiestat. Consiliar.  
Institut. Med. Et Mater. Medic. Vindob. Profes. Pub. Ord.  
Acad. Imp. Nat. Curios. Et Societ. Botan. Flor. Sodal.  
Materiæ Medicæ Et Chirurgicæ ...**

**Crantz, Heinrich Johann Nepomuk**

**[Wien], 1765**

**Cassis Duodecima Anodyna Et Narcotica.**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10189**



## CLASSIS DUODECIMA

A N O D Y N A  
E T  
N A R C O T I C A.

**Q**uæ dolorem in toto vel parte leniunt, demulcent, mutando, vel tollendo causam, ANODYNA, atque hæc quidem varia ex materie peti possunt. Quæ vero solam animam captivant, & quasi inebriant, insensilem reddunt, NARCOTICA, & iniori gradu STUPEFACIENTIA dicuntur.

Indicantur ad mitigationem symptomatum

1. Doloris,

2. Vigiliarum nimiarum a nimio motu spirituum,

3. In excretionibus nimiis.

4. In convulsionibus.

## L E N I O R A.

## CHAMOMILLA Nostras

Romana p. 187. fq.

CHAMOMILLÆ Romanæ flores decocti, decoctum admodum salsum efficiunt, adeo quidem, ac  
fi

si sal culinare decocto infusum, SIMON PAULI. Oleum stillatitium, ut millefolii, saphirinum.

MILLEFOLIUM *Offic. Botanicorum.*

ACHILLEA. *Classis Naturalis Compositarum Radiatarum, Germ. Tausend-Blatt, Gal-*  
*lis Millefeuille. Anglis Yarrow,*

ACHILLEÆ foliis duplicato-pinnatis, glabris,  
lacinias linearibus, acute laciñati, flores distillati oleum  
dant saphirini coloris, sedans, antispasmodicum. In-  
fusum florum in spasmis, doloribus post partum,  
cardialgicis, colicis, hæmorrhoidalibus utile FR. HOFF-  
MANN *de Praestant. Medic. Domestic. tum, & san-*  
*guinis ejectionibus, hæmorrhagiis maioribus, a spa-*  
*sticis viscerum contractionibus eximium, IDEM ibi-*  
*dem, etiam in anxietate hypochondriaca, STAHL,*  
*in nephritide calculosa, ZIMARA. Succus multum*  
*vulnerarius ad uncias tres, quatuor, datur, flo-*  
*res ad manipulum semis infunduntur, ad unum*  
*herba.*

TILIA *Offic. Botanicorum. Classis Naturalis*  
Multi-flam. *Germ. Linde, Gallis Tilleul,*  
*Anglis Linden-Tree,*

TILIÆ flores suaveolentes, anodynæ sunt;  
chronicam epilepsiam infuso florum sublatam HOFF-  
MANN habet, *de Praestant. Remed. Domesticor. Cor-*  
*tex itidem medius cum aqua in mucilagine redactus,*  
*ambustionibus, podagricis, & arthriticis doloribus,*

P 5                   præ-



præsentissime medetur, IDEM. Decocto vinoſa corticis cachecticam in integrum sanatam vidit SCHRODERUS.

## PRÆPARATA.

*Aqua flillatitia, antispasmodica, antiepileptica, pueris datur.*

**VIOLÆ** flores *Off. Botanicorum. Classis Paucistam. Germ. Violen. Gallis Violette. Anglis Violets.*

**VIOLÆ acaulis, stolonibus teretibus, reptantibus, pedunculis radicatis, flores, suaveolentes, vim anodynām possident, ut etiam ad morbos convulsivos specificos habeat BAGLIVIUS; in infuso theiformi sumi possunt. Conserva itidem drachmæ unius, duarum pondere, Syrupus haud limitata dosi. Notari meretur, semina vomitum, & diuresin movere, ideo nonnullis ad cælculum laudari,**

## FORTIA.

**PAPAVERIS Capita, DIACODIUM.**

Albi succus, vide *antidota.*

Vulnusculi a pungente ape facti dolorem mitigavit, & incomoda prævertit succo, DELISTRE *Recueil periodique* Tom. IV,

CYNO-



CYNOGLOSSUM *Offic. Botanicorum. Claf-*  
*sis Pauci-stam. Germ. Hunds-Zung. Gallis*  
*Langue de chien. Anglis Houndstongue.*

CYNOGLOSSI *foliis amplexicaulibus, singula-*  
*tis, mollibus, hirsutis, suspectam vim plurimi evul-*  
*gant, negat FULLERUS, cum adstrictione anody-*  
*nain ad haemorrhagias, & alvi fluxus laudat GEQF-*  
*FROV. Repetenda experimenta sunt. Radix ad so-*  
*porem conciliandum inefficax, HAMNERIN de vi-*  
*ribus plantarum indigenarum. Massæ pilularum de*  
*cynoglosso dosis gran. quinque, ad octo, non ratione*  
*cynoglossi, sed opii scrupulosa.*

*F O R T I S S I M A.*

Tum ex animalium partibus sedativis, tum ex  
vegetabilibus petita.

CASTOREUM P. I. p. 194.

MOSCHUS P. I. p. 195.

CROCUS P. I. p. 114.

HYOSCIAMUS vide *Venena.*

OPIUM laud. liquidum.

SOLANA vide *Venena.*

STRAMONEUM vide *Venena.*

TABABUM p. 192.

His



His adnumerari inerentur magnæ confectiones  
opiæ.

DIASCORDIUM.

MITHRIDATIUM.

PHILONIUM.

REQUIES NICOLAI.

THERIACA.

FINIS TOMI II.





# A N T I D O T A G E N E R A L I A.



a, quæ contra venena dantur remedia,  
generali nomine A N T I D O T A  
vocantur. Quæ contra venenatos fe-  
rarum morsus valent, ALEXITE-  
RIA, etiam THERIACA dicuntur, quæ arcent,  
depellunt venena, ALEXIPHARMACA appel-  
lantur &c.

Venenum vero omne illud vocatur, quod corpori  
animali applicatum illud constanter destruit, aut saltem  
in eo funestos effectus producit; quod quia non sem-  
per cognitum, ideo etiam ea primo loco recensentur  
Antidota, quæ omnibus subvenire possunt, non qui-

Crantz M.M. T. III.

A 2

dem